

Jakob Carmon


**Programma, Qvo Rector Academiae Rostochiensis Jacobus Carmon ...
Exeqviarum Omnium Virtutum Splendore Fulgidissimae Foeminae, Evae
Lindemanni, Viri ... Henrici Duggenii, Cœnobii Generosarum Virginum
Malchoviensis Præfecti Meritissimi, Viduæ abs Beate Defunctæ Familia ad diem
XXIII. Maji Christiano ritu paratarum, Solennitates Proceribus, Civibusq[ue]
Academicis, O. O. Honoratissimis, Indicit ... contendit**

Rostochii: Literis Joh. Wepplingi[i], [1719?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1807095657>

Druck Freier  Zugang







66 Stücke

Wk1b Gen

2/2 -4°


Inhaltsverzeichnis der Leichenprogramme
in alphabetischer Ordnung der gefeierten
Person mit Sterbejahr.

1. Arnd, Karl. 1721.
2. Bademüller, Johannes. 1723.
3. Baltzer, Jakob. 1706.
4. Becker, Heinrich. 1720.
5. Bergk, Catharina v., geb. v. Hecken. 1712.
6. Steinkopf, Margaretha, geb. Christian. 1719.
7. 8. Crohn [Krohn], Johann Adolph. 1750.
9. Darjes, Joachim. 1740.
10. Duve, Joh. Abraham. 1728.
11. Fabricius, Jakob. 1653.
12. Festing, Johannes. 1685.
13. Willebrand, Catharina Christine, geb. Fischer. 1742.
14. Eggerdes, Catharine Marg., geb. Gerdes. 1714.
15. Graumann, Christian Daniel. 1764.
16. Tielcke, Cath. Dorothea, geb. Giesen. 1719.
17. Glück, Friedrich Gottfried. 1707.
- 18-22. Grünenberg, Johann Peter. 1700.
23. Haberkorn, Joh. Balthasar. 1707.
24. 25. Hahn, Julius Ernst. 1751.
26. Henning, Anna Christina, verh. Redeker. 1718.
27. Hildebrand, Christian. 1712.
28. Knesebeck, Heinrich. 1719.
29. Lembke, Agneta, geb. Hinze. 1749.
30. Lesch, Daniel. 1707.
31. Lindemann, Eva, verh. Dugge. 1719.
32. Lindenberg, Kaspar. 1713.
33. Lüders, Marcus. 1738.
34. Mohr, Heinrich. 1729.
35. Schmidt, Helene Catharina, geb. Petersen. 1756.
36. Radow, Georg. 1699.
37. Müller, Christian. 1740.
38. Niehenck, Georg Vitus Heinrich. 1795.
39. Palthen, Samuel von. 1750.
40. Rhades, Georg Michael. 1758.

41. Rhon, Christoph Gottlieb. 1724.
42. Schelhamer, Henrica Maria, verh. Burchard. 1720.
43. Sandow, David. 1752.
44. (Saß) Charlotte Wilhelmine, geb. Thymne. 1787.
45. Schlaff, Agneta, geb. Lembke. 1748.
46. Vorast, Margareta Sophia, geb. Schleeff. 1758.
47. Schmidt, Jonas. 1745.
48.49. Starck, Samuel Christfried. 1769.
50. Gens Schuckmannia. 1706.
51-55. Schwartzkopff, Kaspar. 1691.
56. Senst, Johannes. 1723.
57. Sibeth, Nikolaus. 1721.
58. - , Catharina Elisabeth, geb. Siebrandt. 1719.
59. Sibrand, Catharina, verh. Radow. 1720.
60. Stever, Christian Michael. 1722.
61. Tielke, Joh. Joachim. 1724.
62. Vandewil, Alexandre de. 1684.
63. Stockmann, Anna Margäreta, geb. Varenius. 1715.
64. Walther, Matthias Gustav. 1768.
65. Weidener, Johann Joachim. 1732.
66. Wolfrant, Dietrich. 1698.

Ko





PROGRAMMA,

Qvo

RECTOR

Academiae Rostochiensis

JACOBUS CARMON,

PHIL. & U. J. D., ANTECESSOR, & CONSISTORII
COSILIARIUS;

EXEQVIARUM

OMNIUM VIRTUTUM SPLENDORE FULGI-
DISSIMÆ FOEMINÆ,

**EVÆ INDE-
MANNIÆ,**

VIRI

Amplissimi ac Prænobilissimi

HENRICI DUGGENII,

*Cænobii Generosarum Virginum Malchoviensis
Præfeti Meritissimi,*

VIDUÆ

abs

BEATE DEFUNCTÆ FAMILIA

ad diem XXIII. Maji

Christiano ritu paratarum,

SOLENNITATES

PROCERIBUS, CIVIBUSq; ACADEMICIS,

O. O. HONORATISSIMIS,

INDICIT

Utque sua præsentia easdem condecorare haud graventur,
ea qua par est humanitate, contendit.

ROSTOCHII, Literis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. RRINC. & ACAD. Typogr.



Divitias & opes hujus Seculi cum ingenti, quod ab hostibus impendet, periculo esse conjunctas; easdemque salutis æternæ, animarumque jacturam, saltem ex accidenti, non raro nobis afferre: adeo manifestum est vero Christiano, gravissimisque Sacræ Scripturæ dictis ita insuper confirmatum, ut dubitare amplius in re tanti momenti nefas sit. Idem illud quoque declarant, & pro-

bant, tot exempla virorum piissimorum, matronarumque, ex sincero animi affectu contestantium, se, omnibus bonis, & honoribus, spoliatos, longe meliore loco, ac conditione, fuisse, quam erant, cum omni rerum, fortunarumque, copia abundarent. Neque hoc aliter esse potest, cum vere regnitum (cui sanam mentem nemo denegabit) internus sensus hoc doceat, & res ipsa loquatur; dum ab ingenti onere & corpus, & animam, relevatam, ac expeditam, sentiat. Hinc si regnitum quendam reperias, qui, rebus adversis ingruentibus, nimio animi mœrore maceratur, & tantopere, de subtractis sibi fortunæ muneribus conquiritur, & immodice dolet: manifestum est, talem inter *infirmos*, quos Theologi vocant, esse habendum; cui diligenter est inculcandum, atque exponendum, quid officii ratio jubeat, & quomodo illum oporteat, divina gratia adspirante, majores subinde vires sumere, & in sui, omniumque illorum, quæ in hoc mundi theatro ipsum circumstant, abnegatione, quotidie crescere & corroborari; ita ut omnibus fortunis nudus, & destitutus, per virtutem Christi, in ipso operantem, ex animo lætari & tripudiare, incipiat, subinde exclamans cum Hiobo: Jehova dedit, Jehova abstulit: sit nomen Jehovæ benedictum!

Sed video te attonito similem & cum Christi discipulis; nimium quantum hujus seculi fœcibus adhuc immerfis, & affixis, dicentem: *quis ergo potest salvus fieri? Matth. 19, 25.* Enim vero quid respondet Salvator? nimirum *intuitus discipulos dixit: apud homines hoc impossibile est: apud DEUM autem omnia possible sunt.* Tantum itaque abest, ut omnes divites ad orcum statim relegemus, ut potius virtute divina freti, & Christi verbis nixi, optima quæque de divitibus (modo se ad schema hujus seculi non conformant) suspicemur. Fateor equidem, hujusce-

juscernodi exempla bene nummatorum & simul etiam apud Deum gratia multum valentium, perquam rara esse. Sed in causas hujus rei jam non inquisituri, unum, alterumque, in medium saltem profereamus:

Primum sit ex Historia profana de vidua prædiviti, & speciosa, in urbe quadam Africae, Nagra dicta. Nimirum Seculo post Christum natum VI. Judæus quidam, Dunaas nomine, Mosén se esse dicens, multos Judæos excitavit & allexit, regioque nomine, ac titulo sumto, multa oppida cepit, & devastavit; Nagram quoque munitissimam urbem, adortus, & tandem pacis specie, cum vi capere eam non posset, intromissus, incolas, ob fidem in Christum, ad omnis generis supplicia rapuit. Viduæ autem cuidam prædiviti & speciosæ, laudata virtute ejus, & forma, ætateque integra, parcere volebat, si Galilæum, ut sceleratè, per ludibrium vocabat, crucifixum desereret. Ipsa vero pie, & apposite: quandoquidem eum, inquit, O Rex, quem oporteret honorare, & qui tibi potentiam dedit, & hanc purpuram, & hoc diadema, imò vero ipsam quoque vitam, & spiritum, concessit, ingrato animo contemptum, audaci lingua injuria afficias; me vero contra honorare cupias: vestrum ego honorem summam duco ignominiam. Absit enim, ut ego a tali lauder lingua, quæ se armavit contra Deum; neque eo procedam amentia, ut verber cum iis, qui Deo sunt adeo inimici, & in peccatorum habitem tabernaculis. Vide Nicephorum Lib. XVII. c. 6. & Baronium. Tom. VII. Annal. Ecclesiast. ad Fol. 3015.

En, sistimus hic exemplum viduæ, bonorum non solum terrenorum, sed etiam cœlestium, & divinorum, ditissimæ! quam insignem conjunctionem eo magis mirari in mentem venit, quod vivebat in ea terrarum regione, cujus incolæ infinita omnium rerum cupiditate irretiti, ita tenebantur, ut, si tunc temporis hominem subdolum & mendacem, ac ad fallendum, quæstus studio, solertem, describere vellent Moralis doctrinæ cultores, Afrum statim nominarent. Hæc vidua tamen ea fuit mentis integritate, ut Mammonem, quem possidebat, non rectorem suarum actionum, sed servum potius, suisque rationibus, etiam tum, cum martyrium esset subeundum, & omnia relinquenda, prorsus subjectum haberet: brevissimis dicam: innocenter possidebat Mammonem, non possidebatur. En! quomodo verba Christi felicissimè in hac vidua sint impleta: ut amplius dubitare non liceat, quin Deus sua virtute atque gratia, qua impios, (saltem non perseverantes in sua impietate) juxta effatum Pauli, collustrat & justificat, etiam ditissimos quosque servare noverit. Intueamini itaque, O divites, hanc viduam, & imitemini, quæ STELLÆ instar, nubium obsidione cinctæ, vobis præluceat, quamque sequenti Emblemate insignire liceat. NEC MUTOR, NEC MACULOR. Non maculabatur, quamvis omnium rerum affluentibus copiis redundaret; non mutabatur, licet omnibus possessionibus jam desolatæ; ultimum, quod a crudelissimo imminebat Rege, supplicium esset perferendum:

Alterum jam exemplum in medium prodeat, quo constare possit, divitias, & opes, hujus mundi, evitatis feliciter scopulis, quibus alii impingere solent, in summa vitæ, morumque innocentia, retineri posse. Oculos nimirum nostros jam convertamus in EAM, in cujus honorem hæc ipsa conscribimus, VIDUAM; non ut ex divitiis, quas modicas, & honestas, habuit, encomia BEATÆ in præsens penderentur; sed ut ostendam, DEum, quæ est in suos benignitas, non solum penuriam hujus vitæ sufficiente, sed gratiæ inprimis suæ largissimis divitiis ita BEATAM NOSTRAM instruxisse, ut utrumque, amicissima facta conspiratione, in EADEM post mortem quoque concelebremus.

Equidem NOSTRA, ad beatissimas cælorum sedes nunc evocata, EVA LINDEMANNIA non ad crudeles Tyranni manus, non sub martyrii corona, sed in amplexu, & sub largissimis lacrymis, sibi amicissimorum, placide animam suam deposuit. Interim non una saltem ratione hanc NOSTRAM cum illa Africæ, conferre ac comparare licet. Illa Africæ nullis verborum lenociniis, nullis minis, quibus territabatur, ad deserendum JESUM suum impelli poterat. Eandem illam constantiam in EVA nostra quoque admiramur, quæ omnes hujus mundi illecebras feliciter aspernata, recta semper incessit via, nunquam vero ad sinistram partem ita aberravit, ut, vulneribus servatoris prostratus relictis, in deviis potius portum ac refugium suum quæreret.

Illam Africæ, ut erat ditissima; ita opes, sibi a Deo collatas, recte, ut bonum œconomum decet, administrabat. Idem HÆC NOSTRA faciebat, quæ bona, sibi gratiosissime concessa, non suam prædam, quæ ad voluptates abuteretur, ducebat, sed in usum pauperum, quos cupiebat sibi amicissimos, largiter eadem dispensabat.

Illam Africæ in summis angustiis constituta; insensissimos Christiani nominis hostes, non vano quodam, sed divino, instinctu, fortiter redarguebat, eosque ad silentium, fremente licet maledicta crudelissimi tyranni lingua, redigebat. Sic nostra quoque, cum in recitandis S. Scripturæ dictis promptissima esset, nullam temere occasionem prætermisit, quæ cavillatorum proterviam retunderet, & S. Scripturæ autoritatem, si forte impeteretur, assereret, atque confirmaret.

Illam Africæ; honores à Rege ferocissimo oblatos, constanter repudiabat, ac, ringente licet Tyranno, hujus vecordiam, dum regni potestatis datorem non agnosceret, false potius ridebat. Sic BEATA NOSTRA omnem cultum, quo homines profani, & a vera virtute alieni, animos effascinare solent illorum, qui in intimiores actionum omnium recessus minime penetrant, incredibili animi robore damnabat.

Nagrensis vidua vanas adulationes, quibus illecta impelleretur, heroico supercilio, iras interim, ferrumque, acuate Tyranno, constanter fastidiebat. Sic VIDUA HÆC NOSTRA, vanas laudes, quorum fucum instruebant homines irreligiosi, ad dolos, & fraudes, nefactique, sagacissime odorabatur.

Nagrea.

U Nagrensis vidua sceleratorum hominum consortium; quo boni mores corrumpuntur, ita reformidabat, ut pro summa duceret amentia, versari cum iis, qui Deo sunt inimici, & in facinorosorum tabernaculis habitare. **NOSTRA EVA** eadem animo agebat. Hinc tota, qua vixit, viduitate solitudinem, sed talem, quæ cum suavissimo Jesu arctius eam copularet, meditabatur. Satis habebat, cum religiosi hominibus, cum dilectissimis liberis, quos genuit, & optimis cognatis, amice confabulari. Filiam, in sui solatium, educatam, & viro doctissimo nuptum collocatam, e regione habitantes, & parvulum nepotem, in gremio matris ludentem, quotidie vel ex fenestra prospiciebat, ac in summis deliciis habebat. Cum reliquis omnibus, etiam infimis, scitissime versabatur, ac lenitate multos sibi conciliabat, & plures etiam raro animi candore, voluntatumque similitudine, sibi conjungebat, ac de omnibus bonis bene merebatur.

Cum ergo **BEATE DEFUNCTA** talem per totam vitam se gereret, quid impedit, quo minus hanc nostram, sua luce radiantem, tanquam stellam, omnibus proponamus, adjecta Epigraphe: **NEC MUTOR, NEC MACULOR, NON MACULABATUR**: Morbos enim, qui animum perturbant & foedant, non levabat tantum, sed diligenter, penitusque curabat, & radices quoque eorundem extrahi cupiebat, unice in id intenta, ut viam a contagione conscientiae remotissimam ingrederetur. **NON MUTABATUR**. Fluctus quidem saxa verberant, sed non frangunt, atque prosterunt: magis firmus, toleransque, **VIDUÆ** sanctissimæ animus erat, quem nulla vis caduca subigebat. Tanto minus fortunæ munera beatam nostram efferebant, ut conditionem suam dedisceret, atque ad inania seculi abriperetur; Unice quippe defixa in pietate, & justa animi moderatione: Quarum virtutum præmium non in ludo rerum humanarum, sed in cælo propositum, sibi que constitutum, esse sciebat, illudque enixius quærebat, jamque a luto, & fæce, mortalium paulatim se disjungebat, atque ad sempiternam & beatam patriam, divina quadam cupiditate adspirabat. Quid ergo æquius est, quam **MATRONÆ HUIUS** innocentissimæ vitam, vivis coloribus, tanquam in imagine, depictam, & tanquam **STELLAM**, aliis omnibus lucentem, ob oculos proponi?

Sed in vitarum descriptionibus ad illos etiam, à quibus persona laudanda ortum suum traxit, est retrospiciendum. Consuetudo, quæ publicæ fere legis rationem habet, officiaque, defunctis præstanda, imperat, a nobis hoc postulat; & redundans inde ad posteros utilitas idem illud svadet.

Nata itaque est **EVA NOSTRA** quæ inter cœlites nunc degit, Rostochii Ann. MDCLVII. die XXIV. Octobris. Parentem nata est Virum quondam Plur. Rev. ac Amplif. DN. **JOACHIMUM LINDEMANNUM**, primo ad ædem S. Petri per XIIX. Annos Diaconum, deinceps ad Div. Mariæ Archidiaconum per VII. annos meritissimum. Matrem vero venerata fuit Matronam omni pietatis ac virtutum splendore condecoratam **EVAM Goldsteins. Avus Paternus ei existit**

B

tit

tit Vir quondam Prænobilissimus, Excellentiss. ac Ampliss. DN. THOMAS LINDEMANNUS, Hervordia Westphalus, J. U. D., ejusque Prof. P. in hac alma meritissimus, simulque Civitatis hujus Syndicus, & Comes Pal. Cæsar: nec non Consiliarius Serenissimi Ducis Mekl. quondam regentis **DN. ADOLPHI FRIDERICI**, gloriosæ memoriæ. *Avia ejusdem paterna linea* fuit ELISABETHA HAHNIA, ex Patricio Hahniorum stemmate hic oriunda, quæ deinceps, pie jam defuncto DN. D. THOMA LINDEMANNO, nupsit, Jcto & Practico celeberrimo, DN. D. ADOLPHO FRIDERICO AB HAGEN. *Avus materna linea* fuit Vir quondam Maxime Rev. ac Ampliss. DN. M. JOHANNES Goldstein / Pastor hic Nicolaitanus, & Ecclesiarum Rostochiensium Superintendens meritissimus. *Avia ejusdem materna linea* fuit DOROTHEA Alwarten. *Proavum ex paterna linea* habuit Virum quondam spectatissimum, DN. HENRICUM LINDEMANNUM, civem Hervordiensem in Westphalia inclytum. *Proaviam vero ex eadem Linea* ANNAM KIRCHOFFS. *Proavus materna linea* fuit Vir quondam spectatissimus DN. JACOBUS Alwart / civis Rostochiensis optimus. *Proavia ejusdem linea* CATHARINA DUNCKERS. Ut alia stemmatis decora hac vice taceamus. Horum celeberrimorum Majorum vestigiis ut BEATE DEFUNCTA feliciter insisteret, quantum tacunqve fieri industria poterat, Parentes curaverunt. In primis dederunt operam, ut a teneris, quod ajunt, ungviculis, & purus Dei amor instillaretur, & cæterarum, quæ sexum istum condecorare solent, virtutum semina, cum sanguine ipsi implantata, excitarentur, quo uberiores cum tempore fructus proferre possent. Itaque in eum finem Mater optima, Patre præmatura morte abrepto, proprio non solum studio, veræ religionis fundamenta diligenter inculcavit; Sed BEATE DEFUNCTA etiam iisdem usa est privatis informatoribus, cum fratre longe Ivavissimo JOACHIMO LINDEMANNO, de cujus egregia indole, educatione, cæterisque ornamentis, incomparabilis olim Theologus, JOHANN. FECHTIUS in Programmate, in EVAM GOLDSTEINIAM, DEFUNCTÆ NOSTRÆ matrem, luculenter sequentibus verbis scripsit: *Succreverat Joachimus Lindemannus post mortem Patris in amœnissimas corporis pariter, ipsa venustate amabilis, & animi virtutes. Quotquot intuebantur juvenem, predicabant optimos mores, laudabant eruditionem, ipsam ætatem suam antecurrentem. Præses ex cathedra quasi adolescens disputabat. E suggestu tanta suavitate, tanta eloquentia, perorabat, ut alterum se Chrysostomum audivisse, quotquot verba ex ore ejus hauserant, pertinacissime asseverarent. Collatus jam ei ob has dotes erat, quem & pater ornaverat, Marianus Archi-Diaconatus &c.* Cum hoc tanto fratre BEATE DEFUNCTA succrescens adolevit: & cum nihil quicquam ei scientiæ, ad rem familiarem prudenter, fructuoseque, administrandam, deesset, DEO ita moderante, & matre consentiente, Viro, Ampliss. atque Prænobiliss. HENRICO DUGGENIO, Cœnobii generosarum virginum Malchoviensis Præfecto, tertiam sibi conjugem petenti, solenni ritu tradita nuptum, & elocata feliciter est, Anno nimirum MDCLXXXVI. d. XI. Octobr. Qvi vir sicuti singulari dexteritate, atque solertia, in administrandis negotiis fuit; ita non mediocrem animo voluntatem

ptatem cepit, quod conjugem nacta esset in re familiari gerenda diligentissimam pariter, ac prudentissimam. Quæ res mirum in modum animos copulavit; præsertim cum mores, & utriusque voluntatis instituta, perpetuo concinerent, nec alter inveniret facile, de altero jure quod conquereretur.

Unde conjectu Pronum est, quanto animi mœrore dulcissimum suum maritum, quem in summis deliciis habebat, ex hac vita discedentem vidua conspexerit. Obierat ille supremum suum diem Anno MDCCIII. d. XIV. Januar. & ex eo tempore Malchoviam relinquens, Rostochium se contulit, quo in dulcissima Patria animum ex tanto dolore reficeret, ac recrearet.

Inprimis autem carissima conjugalis amoris pignora, quibus DEUS hoc conjugium fortunaverat, insigne mœroris lenimentum BEATÆ afferebant. Et Filia quidem primogenita, maternarum virtutum maxime æmula, EVA CATHARINA, felicissimis nuptiis collocata est Viro Ampliiff. Prænobiliff. atqve Jctiff. DN. GEORGIO WILHELMO KOEPKENIO, J. U. D. & Causarum Patrono celeberrimo. Quo ex conjugio BEATA unicum susceptum sibi carissimum nepotem, optima indole puerum, osculata fuit, JOHANNEM nimirum HENRICUM.

Filius autem natus minor DN. JOACHIMUS HENRICUS, sicuti studia sua hic Rostochii, Witenbergæ, aliisque Academiis, feliciter absolvit, & decus nomenque Medici Doctoris, quo præmium laborum, virtutumque, constare possit, congratulantibus omnibus bonis, reportavit: ita jam Güstrovii, Artis suæ exercendæ causa, in curandis omnium generum morbis, studium, operamque, collocat diligentissimam.

Restat ut adhuc addamus ultima laudatissimæ EVÆ. Nimirum quod ex divino consilio in svavissima Patria transigendum ipsi restabat tempus, ceu & antea facere semper consueverat, divinarum rerum reverendissimæ meditationi, templi frequentationi, indefesso pro omnibus hominibus orandi studio, beneficentiæ, pauperibus, & afflictis exhibitæ, reliquarumque Christianarum virtutum exercitio, quibus illam ab ineunte ætate deditam fuisse tota urbs nostra novit, studiosissime impendit: & hac ratione recta, planaque via ad mortem processit. Nimirum ea sunt hominum fata: ingredimur in mundum, ut ex eo egrediamur: nascimur, ut moriamur: vivimus, ut vivere desinamus. Desit ergo vivere EVA LINDEMANNIA: mortua est Matrona, egregio probitatis, aliarumque virtutum, splendore corusca.

Morbum autem, quo cum colluctata fuit, ac tandem ab illo superata, descripsit elegantissimus calamus Viri Prænobiliff. Excellentissimi, atque Experientissimi DN. GEORG. DETHARDINGII, Med. Doct. & P. P. O. celeberrimi, Fautoris, Amici, atque Collegæ nostri æstumatissimi, cujus verba legenda repræsentabimus, ita fluentia: *Binis, quod*


ajunt, verbis me explicare possum, quando ad historiam Morbi conscribendam sollicitior, quo beata Matrona, Coniux eheu desideratissima Viri quondam speciosissimi & fidelissimi DNI. HENRICI DUGGEN, pronuper defuncta est. Mictus fuit cruentus! Prouti solet hicce in senioribus tacitis gressibus se sistere, ita quoque Hanc tacite invasit, citra quod de doloribus gravioribus ante fuerit conquesta, modo quod langvor corporis, ac si à fatigatione esset, praecesserit. De calculo nulla vestigia. Otiduum jam erat praterlapsum, per quod lecto affixa sanguinis istius fluxum sustinuerat, quando in consilium vocatus mederi illi studui. Vena, quam per omnem vitam secari passa non fuerat, fuit in manu sinistra aperta; abhinc derivationi sanguinis per nitrosa blandave demulcentia consulere fuit animus: sed partim agrotæ aversatio erga medicamenta, partim virium per momenta increscens decrementum, & vel maxime Urina angustia otium utriusque nostrum fecit, illive meliorem vitam appetere ex voto consuluit.


Habetis hic Cives Honoratissimi breviter, quæ ad vitæ ingressum, progressum, & exitum, EVÆ LINDE MANNIÆ pertinere videbantur. Gratulamur BEATÆ de superatis nunc omnibus hujus seculi molestiis, & collatis sibi alterius vitæ gaudiis nunquam defuturis.


Restabat autem unicum hoc, ut supremus ei, ceu merita omnino erat, honor haberetur, & honesta exuviis illius sepultura pararetur. In quem finem etiam hic ipse est destinatus dies, quo corpus exanime, templum quondam Spiritus Sancti, in dormitorium suum, ad beatam quam anima credidit, atque speravit, resurrectionem usque recondendum erit. Ubi, ut solennem funeris deductionem honorifico vestro frequente comitatu cohonestare dignemini, longo verborum ambitu Vobis, PROCERES, CIVESQUE ACADEMICI, persuadere nullatenus opus esse reor. Nostis enim, viduarum visitationes, quas viva fides, una cum aliis caritatis fructibus, in nobis operatur, tanquam cultus divini partem, in Sacris Literis, gravissimis verbis, nobis commendari Jac. II. 27. Quid autem impedit, quo minus ad has visitationes etiam exequiarum solennitates, viduis nulla ratione denegandas, referamus? Si vero hoc ipsum agnoscitis, OPTIMI CIVES, spero etiam futurum, ut BEATÆ DUGGENIÆ idem humanitatis officium jam exhibeatis. Intellexistis etenim, tale hoc funus esse, cui, quæ afferri solent, honestæ sepulturæ causæ omnes omnino subsunt. Agite proinde, homines homini, Christianæ Christiani, ultimum hocce humanitatis, imo & Christianæ caritatis, officium, ac extremum honorem, hodiernum funus decente frequentia prosequendo, præstetis.

Conventus fiet in Æde JACOBÆA, Horâ post primam pomeridiana.

P. P. in Acad. Rostoch. sub Sigillo Reſtorali
Anno MDCCXIX. d. XXIII. May.









33
LBMV Schwerin
000.188.018





ensis vidua sceleratorum hominum confortium; quo boni
 impuntur, ita reformidabat, ut pro summa duceret amen-
 um iis, qui Deo sunt inimici, & in facinorosorum taberna-
 re. NOSTRA EVA eadem animo agebat. Hinc tota,
 viduitate solitudinem, sed talem, quæ cum suavissimo
 eam copularet, meditabatur. Satis habebat, cum religi-
 us, cum dilectissimis liberis, quos genuit, & optimis co-
 ce confabulari. Filiam, in sui solatium, educatam, &
 no nuptum collocatam, e regione habitantes, & parvulum
 in gremio matris ludentem, quotidie vel ex fenestra prospi-
 cium delictis habebat. Cum reliquis omnibus, etiam
 sime versabatur, ac lenitate multos sibi conciliabat, & plu-
 o animi candore, voluntatumque similitudine, sibi conjun-
 omnibus bonis bene merebatur.

ergo BEATE DEFUNCTA talem per totam vitam se ge-
 mpedit, quo minus hanc nostram, sua luce radiantem, tan-



proponamus, adjecta Epigraphe: NEC MU-
 TOR. NON MACULABATUR: Morbos e-
 urbant & foedant, non levabat tantum, sed dili-
 bat, & radices quoque eorundem extrahi cupie-
 ut viam à contagione conscientiae remotissimam
 N MUTABATUR. Fluctus quidem saxa ver-
 t, atque prosterunt: magis firmus, tolerans
 nae animus erat, quem nulla vis caduca subige-
 rtae munera beatam nostram efferebant, ut
 eret, atque ad inania seculi abriperetur; Uni-
 te, & iusta animi moderatione: Quarum vir-
 ludo rerum humanarum, sed in caelo proposi-
 m, esse sciebat, illudque enixius quærebat, jam-
 calium paulatim se disjungebat, atque ad sempit-
 n, divina quadam cupiditate aspirabat. Quid
 MATRONÆ HUIUS innocentissimæ vitam, vi-
 n imagine, depictam, & tanquam STELLAM,
 ob oculos proponi?

descriptionibus ad illos etiam, à quibus persona
 axit, est retrospiciendum. Consuetudo, quæ
 m habet, officiaque, defunctis præstanda, im-
 ; & redundans inde ad posteros utilitas idem il-

EVA NOSTRA quæ inter cœlites nunc de-
 IDCLVII. die XXIV. Octobris. Parentem
 n Plur. Rev. ac Ampliss. DN. JOACHIMUM
 imo ad ædem S. Petri per XIIX. Annos Diaco-
 Mariæ Archi-diaconum per VII. annos meritissi-
 venerata fuit Matronam omni pietatis ac virtu-
 atam EVAM Goldsteins. Avus Paternus ei existi-

B tit